

## USUS E VERSU XXIV.

- (1) *Contemplatio naturalium excitat in nobis admirationem sanctam laudesque devotas.*  
 (2) *Ubivis & potentia & sapientia & clementia divina palpanda venit.*  
 (3) *Thesauri bonorum Dei sunt ubivis obvii & inexhausti.*  
 (4) *Omnia terrae bona, vegetabilia, mineralia, metalla, gemmae, &c. sunt Dei; ab hoc impetranda, secundum ejus voluntatem usurpanda, grato pectore, praedicanda.*

## USUS E VERSU XXV.

- (1) *De mari magno amplectus, de innumeris inibi viventibus, de diversissimis eorum generibus, magnis, parvis, &c. iterum audiendi Physici.*  
 (4) *Cavendum, ne instar piscium deglutiamus nos invicem, &c. Hab. I, 14.*

## USUS E VERSU XXVI.

- (1) *Navigiorum usus ingens, per quæ detectæ tot terre, torque in iis miranda Dei opera, quæ alias occulta mansissent nobis, taceo aromata, aliaque ad medicinam, vestitum, ornatumque facientia.*  
 (2) *Balanæ Creatoris confirmant robur immensum, &c.*  
 (3) *Lusus conceditur brutis, nec non pueritie; seriis verò indulgendum, cum adolevimus: Coh. XI, 9.*

## USUS E VERSU XXVII.

- (1) *Si bruta Deum expectant suo modo, quid faciat homo?*  
 (2) *Deus est, qui cuique præbet alimenta; homini sano non sine labore.*  
 (3) *Deus dat in tempore suo: ne ergo præscribas, ne murmures, &c.*

## USUS E VERSU XXVIII.

- (1) *Dante Deo colligamus, non aliis præripiamus, non corrumpamus aut dilapidemus turpiter. Vide manna collectionem, Exod. XVI, 16. Joh. VI, 12.*  
 (2) *Manus Dei opulenta; aperitur tempestivè, satiat largè.*  
 (3) *Hanc solam Dei manum humillimè osculare.*

## USUS E VERSU XXIX.

- (1) *Vultum Dei serenum mera sequitur felicitas, occultatum horror ac miseria. Vide igitur, mihi homo, ne vittis eundem offendas, à quibus non potest non se avertire: Psal. V, 5.*  
 (2) *Horror ac confusio, ubique occumbit gratia divine lumen.*

## PSALMI CV. DISPOSITIO.

*Historia Abrahamicarum.*

**E**st hic I. exhortatio ad debitum DEI cultum: (1) *celebrate Deum:* (2) *invocate nomen ejus:* (3) *indicate opera ejus inter populos:* vers. 1. (4) *canite, psallite ipsi:* (5) *meditamini vel loquimini de cunctis ejus mirabilibus:* vers. 2. (6) *gloriamini in nomine ipsius sancto:* (7) *lætamini querentes Deum:* v. 3. (8) *inquirite Dominum, robur ejus vultumque jugiter:* v. 4. (9) *recordamini mirabi-*

- (3) *Lue exitiosâ evacuatur terra suis incolis, imo & bruis, si Deus occultet vultum suum.*  
 (4) *In morte spiritus ad Deum, corpus ad terram &c. Coh. XII, 7. 14.*

## USUS E VERSU XXX.

- (1) *Spiritus S. est autor vite, emititur à Deo Patre & Filio, reparat omnia & vivificat mirabiliter. v. L. de Spiritu S.*  
 (2) *Et vite & mortis vicissitudines diriguntur à Deo.*  
 (3) *O quanta imminent Terre innovatio in extremo Resurrectionis die! in die auctoritasq; aetatis revertatur, Act. III, 21.*

## USUS E VERSU XXXI.

- (1) *Dei gloria, ex tot operibus conspicua sine carebit omni, decantabitur à cælitibus in æternum.*  
 (2) *Ultinam de nobis quoque lætetur Deus! fut hoc, si voluntati ejus nos tradiderimus totos: Conf. Jes. IX, 17. LXII, 5.*

## USUS E VERSU XXXII.

- (1) *Indignante Deo torpumque velut intuente, contremiscunt omnia: quid nos homunciones, irritantes Deum tam protervè?*  
 (2) *Contremisce igitur homo, antequam exardescat ira: Psal. II, 11. 12.*  
 [3] *Montes (Magnates) etiam comburi possunt solo Dei tactu. Actor. XII, 23.*

## USUS E VERSU XXXIII.

- (1) *De cantu psalmisque v. præc. II.*  
 (2) *Dum adhuc vivi (in tempore gratiae,) & quādiu vivi, (sæpi per singulos tue vita dies atque horas,) incumbendum Dei laudibus: 1. Cor. X, 31. Col. III, 17. Eph. V, 20.*

## USUS E VERSU XXXIV.

- (1) *Deo placent piorum preces atque meditationes, etiamsi caro mundusque rideat.*  
 (2) *Lætandum in Deo, ut ipse lætetur de nobis: v. 31. Phil. IV, 4.*

## USUS E VERSU XXXV.

- (1) *Peccatores, quibus sordent hæc pie de Dei operibus meditationes, qui que operibus potius tenebrarum occupantur, absumentur misere & exemplariter; absumentur penitus, ut ut jam florent splendide: Psal. XXXVII, 35.*  
 (2) *In benedictione Dei claudenda omnes preces, imo & tota vita nostra, vide v. 1.*

*Chronicon Israëliticum.*

- lium judiciorumque oris ejus: v. 5. *vos Abrahamite Jacobitæque;* v. 6.  
 II. Exhortationis rationes: (1) *Jehova est Deus noster:* (2) *Judicia ejus in omni terra notoria: v. 7.* (3) *memor est perpetuo sui fæderis;* v. 8. (a) *initi cum Abrahamo, Iсаaco, v. 9.* & *Jacobo, v. 10.* (b) *super dandâ terrâ Canaan,* v. 11. (c) *tempore divagationis eorundem, cum adhuc essent pauci, inque terra eadem peregrini:*

gratiæ: ver. 21  
 gratiæ: ver. 13  
 eum horum,  
 do ante adven-  
 to, & post ex-  
 erbus: non  
 mo reges corri-  
 mendem tempo-  
 rum: ver. 1  
 datio posteror-  
 EXPLO  
 Celebrate  
 illi eucharistie  
 is, populo Israe-  
 li, hominum in-  
 mitias, potentia  
 z. Similis com-  
 mune, L. XCVII, 1.  
 unne, quod iis  
 mentes xv. versici  
 ecit citatus Pa-  
 sedrumque esse  
 itad solennitate  
 v. 7. unde & Ki-  
 psalm CV. m-  
 gressus, non mode-  
 natedom deduc-  
 tuisse decant-  
 aplim Salomo  
 יְהָוָה בָּרוּךְ  
 dum annunciate  
 subitis, vel vol-  
 un hac sub Dei  
 ador. XXIII, 3 xx  
 (10.) innotueri  
 ure, proclaimare,  
 vocare, ut Jes.  
 lætandum captivi-  
 innotavit, ph-  
 evocare, prædi-  
 caturare Dei nom-  
 inum cœptum  
 herus: zu predi-  
 catione, 8. XIII, 4. XX  
 קָרְבָּא נִשְׁבָּת  
 omne bonu-  
 m. colege c. XXXIV,  
 se populos labiu-  
 l. XX, 12. intima ec-  
 cedent (hor-  
 teris. Psalm. CX  
 et nomen Do-  
 minus sacrificia-  
 rium per voces fle-  
 torum, 24. 25. 7  
 Zeph. XIII, 9. 2. R  
 6. qua de cau-  
 Regnus, Belge,